Tractatulus solemnis de arte et vero modo predicandi ex diuersis sacrorum scripturis et principaliter sacratissimi cristiane ecclesie doctoris Thome de Aquino ex paruo quodā suo tractatulo recollectus ubi secūdū modum et formam materie p̄ntis p̄cedit



Communicaturus meis desiderantibus hoc q̄d de mō p̄dicandi ad populos multos per labores donauit altissimus qui dat omne bonū sed nō p̄ cornua thauꝝ hinc igit' ipsis trado libellum de hac arte ope͞diosuꝫ ex diuersis doctoꝝ libris laboriose cōpilatū Unde nō sufficit habere sciām aut facundiā predicabiliū ad recte viteqꝫ p̄dicandū verꝫ etiam ars requirit' et modus Unde Gregorius in principio sui pastoralis In verbo dei ꝯsistit ars Et licet ydoneus modus p̄dicandi donuꝫ dei sit qui dat euāgelizantibꝫ verbū virtute multa Arte tamen et doctrina ut dicit sanctus Augustinus hoc donuꝫ multipliciter adiuuatur Nihil enī presumptuosius q̄ʒ artem docere aīq̄ʒ docendi modus didicisse Unde Tulius secūdo rethorice Non sufficit habere quod oportet dicere sed requirit' ipsum negociū dicere p̄ut qualitas auditoris exigit et requirit Quō aūt diceret quis nisi sciat modū sciendi quo oportet dicere Similiter S Augustin⁹ de doctrina cristiana dicit Nō que dicunt sed modus quo dicunt' ille p̄iō accendit auditores et inflamat corda q̄ attendentiū et audientiū penetrat Quoniā dicit Gregorius Via dñi ad cor dirigitur cū doctrina veritatis auditur Unde auditus verbi dei est via cōuersionis a peccato Cibus mentis ē̄ sermo dei Tante nanqꝫ virtutis est p̄dicatio q̄ reuocat ab errore ad veritatem a viciis ad virtutes praua mutat in recta et aspera conuertit in plana Instruit fidem erigit spem inflamat caritatem euellit nociua plantat vtilia et fouet honesta Est enī via vite scala virtutū et ianua paradisi quapropter nō sit ars tantū sed ars artiū sciētia sciāꝝ Guilhelmus parisiensis i approbatione et recōmendatione artis predicandi dicit Cum enī tot volumina rethorū de manu rethorica scripta sunt nonne multomagis dignū et iustū est ut tractat' ars et doctrina de predicatoria manu ut erit hō rethor diuinus cū tamen nō sit ꝯpatio orationis rethorice ad hanc oratōnē p̄dicatoriā in ipsius fructu et vtilitate Est igitur predicatio verbi dei cōueniens et congrua dispensatio

Sunt autem predicationū cōmuniter sumpte tres species vna est in verbo de qua dicitur Ite predicate euangeliū omni creature Alia que est in scripto Unde p̄dicasse dicitur apostolus corinthiis quando eis epistolas scripsit in quibus erat verbum dei Alia que est in facto Unde dicit Gregorius Omnis cristi actio est nostra istructio Nam summ⁹ ille magister dominus noster Ihesus

GROSSHERZOGLICH
...SISCHE
HOF...THEK